Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis productas Nobis esse Literas Pargameneas, manu Serenissimi Michaelis Prædecessoris Nostri subscriptas et Sigillo pensili Cancellariæ Regni communitas Confirmationem Jurium Oppido Proszowice continentes Tenoris talis: Michael Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Severiæ, Smolensciæ, Czerniechoviæq; Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis productas esse coram Nobis Literas pargameneas manu Serenissimi Joannis Casimiri Prædecessoris Nostri subscriptas et Sigillo pensili Majoris Cancellariæ Regni communitas continentes in se Confirmationem Generalem Jurium Oppido Proszowice servientium sanas salvas omniq; suspicionis nota carentes Supplicatumq; Nobis est ut eas Authoritate Nostra Regia confirmare et approbare dignaremur. Quarum quidem Literarum de verbo ad verbum sequitur Tenor estq; talis. Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, [illegible] Smolensciæ, Czerniechoviæq; necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis. Quod cum circa felicem Inaugurationem Nostram omnium et singulorum Statuum et Ordinum, Subditorumq; Regni Nostri jura, Privilegia, Libertates, Prærogativas, solenni Jurejurando et Diplomate Nostro confirmaverimus. Nihilominus Supplicationi Civium Nostrorum Proszoviensium benigne annuentes, omnia et singula eorum jura, Privilegia, Literas, Decreta, Libertates, Immunitates, Prærogativas, a Serenissimis Prædecessoribus Nostris Majoribusque [illegible] Civitati Proszoviensi juste et legitime concessas et omnes laudabiles usu tentas Consvetudines nullis penitus exceptis omnium Contubernorum [illegible] [illegible] ac Ordinationes [illegible] acsi hic omnia et singula de verbo ad verbum descripta forent in omnibus eorum punctis, clausulis, Conditionibus, approbanda, confirmanda et ratificanda esse duximus, prout Literis hisce Nostris peculiaribus in quantum Juri communi ratione sinunt et usus eorum [illegible] approbamus, innovamus, confirmamus [illegible] debitæ firmitatis et inviolabilis observationis [illegible], in quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ in Comitiis Generalibus felicis Coronationis Nostræ Die [illegible] Mensis Februarij Anno Domini MDCXLIX. Regnorum Nostrorum Poloniæ et Sueciæ Primo Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli pensilis. Thomas Ujejski S. R. M.tis [illegible] Michael Rex, prædictæ supplicationi uti justæ benigne annuentes præinsertas Literas in omnibus earum punctis, Articulis et Conditionibus approbandas, confirmandas et ratificandas esse duximus, prout approbamus, confirmamus et ratificamus præsentibus Authoritate Nostra Regia. Decernentes easdem in quantum Juris est vim et robur perpetuæ et inviolabilis firmitatis obtinere debere Juribus Nostris Regalibus, Ecclesiæ Catholicæ Reipublicæq; salvis. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ in Comitiis Generalibus felicis Coronationis Nostræ Die XI. Mensis Novembris Anno Domini MDCLXIX. Regni Nostri Poloniæ I.mo Anno. Michael Rex. Joannes Wolowski Varmien. et Mil. [illegible] Canc. S.ae R.ae M.tis mpp. Locus Sigilli Regni pensilis cera rubra expressi. Cum Declarationibus Generosorum Commissariorum Nostrorum primam sub Data in Bonis Nostris Niepolomice Die Septima Mensis Aprilis Anno 1725. alteram sub Data in Oppido Proszowice Die 12. Men. Januarij Anno 1728 in Scripto datas per Oblatam ad Acta Magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis Die 21. Junij Anno Eidem porrectas in virtute Confirmationis Jurium Oppido Proszowice servientium Sanitatis Manibus Generosorum Commissariorum Nostrorum subscriptas ac Sigillis communitas sanas salvas et illæsas, omniq; suspicionis nota carentes Supplicatumq; Nobis est ut easdem Jura ac Declarationes Commissariorum Nostrorum in fundamento Privilegiorum [illegible] Authoritate Nostra Regia approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Nos itaq; Augustus Rex prædictæ Supplicationi, Civium Nostrorum Proszoviensium benigne annuentes præinsertas Literas Confirmationis Jurium Oppido Proszowice tam in universali, quam in particulari Contubernijs à Serenissimis Prædecessoribus Nostris collatorum ac Declarationes Generosorum Commissariorum Nostrorum uti juxta prællegata Jura et Privilegia [illegible] supra de Actu specificatas in omnibus Punctis, Clausulis, et Articulis approbandas, confirmandas et ratificandas esse duximus, prout approbamus, confirmamus et ratificamus præsentibus. Declarantes eas in quantum Juris est vim et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die IX Mensis 9bris Anno Dni MDCCLIV Regni vero Nri XXI Anno.

Augustus Rex

Confirmatio confirmationis Jurium et Privilegiorum Oppido Proszowice servientium.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque necnon Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et singulis, productas Nobis esse Literas Pargameneas, manu Serenissimi Michaelis Prae-
decessoris Nostri subscriptas et Sigillo pensili Cancellariae Regni communitas Confirmationem Jurium Oppido Proszowice continentes tenoris talis:
Michael Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Severiae, Smolen-
Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis productas esse coram Nobis Literas pargameneas manu Sere-
nissimi Joannis Casimiri Praedecessoris Nostri subscriptas et Sigillo pensili Majoris Cancellariae Regni communitas continentes in se Confirmationem Generalem Ju-
rium Oppido Proszowice servientium sanas salvas omnique suspicionis nota carentes supplicatumque Nobis est ut eas Authoritate Nostra Regia confirmare
et approbare dignaremur. Quarum quidem Literarum de verbo ad verbum sequitur tenor estque talis. Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux
Lithvaniae, Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smolensciae Czerniechoviaeque, necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque Haereditarius Rex. Significamus praesentibus Lite-
ris Nostris, quorum interest Universis et singulis. Quod si circa felicem Inaugurationem Nostram omnium et singulorum Statuum et Ordinum Subditorumque Regni
Nostri Jura Privilegia Libertates Praerogativas solemni Jurejurando et Diplomate Nostro confirmavimus. Nihilominus Supplicationi Civium Nostrorum Proszoviciensium
benigne annuentes, omnia et singula eorum Jura, Privilegia Literas Decreta Libertates Immunitates Praerogativas a Serenissimis Praedecessoribus Nostris Majoribusque
quibuscunque Civitati Proszoviciensi juste et legitime concessas et omnes laudabiles usu tentas Consuetudines nullis penitus exceptis omnium Contuberniorum Sta-
tuta ac Ordinationes nonsecus ac si omnia et singula de verbo ad verbum descripta forent in omnibus eorum punctis, clausulis, Conditionibus, appro-
banda confirmanda et ratificanda esse duximus, prout Literis hisce Nostris peculiaribus in quantum Jura communia rationes sinunt, et usus eorum ha-
betur, approbamus, innovamus confirmamus roborisque debitae firmitatis et inviolabilis observationis adjicimus, In quorum fidem praesentes manu
Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviae in Comitiis Generalibus felicis Coronationis Nostrae Die Vta
Mensis Februarij Anno Domini MDCXLIX Regnorum Nostrorum Poloniae et Sueciae Imo Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli
pensilis. Thomas Ujejski S.R.M.tis Secretarius. Michael Rex praedicta supplicatione utpote justa benigne annuentes praeinsertas Lite-
ras in omnibus earum punctis, Articulis et Conditionibus approbandas, confirmandas et ratificandas esse duximus, prout approbamus
confirmamus et ratificamus praesentibus Authoritate Nostra Regia. Decernentes easdem in quantum Juris est vim et robur perpetuae
et inviolabilis firmitatis obtinere debere Juribus Nostris Regalibus, Ecclesiae Catholicae Reipublicaeque salvis. In cujus rei fidem praesentes
manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviae in Comitiis Generalibus felicis Coronationis Nostrae Die
XI. Mensis Novembris Anno Domini MDCLXIX. Regni Nostri Poloniae Imo Anno. Michael Rex. Joannes Wolowski Varmiensis Cust-
inensis Canc. S.R.M.tis Secr. Locus Sigilli Regni pensilis cera rubra expressi. Tum Declarationes Generosorum Commissariorum No-
strorum primam sub Data in Bonis Nostris Niepolomice Die Septima Mensis Aprilis Anno 1745 alteram sub Data in Oppido Pro-
szowice Die 12 Men. Januarij Anno 1746 in scripto datas per Oblatam ad Acta Magna Procurationis Arcis Cracoviensis Die 21. Junij Anno
eidem porrectas in virtute Confirmationis Jurium Oppido Proszowice servientium Sancitas Manibus Generosorum Commissariorum No-
strorum subscriptas ac Sigillis communitas sanas salvas et illaesas, omnique suspicionis nota carentes supplicatumque Nobis est ut
eadem Jura ac Declarationes Commissariorum Nostrorum in fundamento Privilegiorum subsecutas Authoritate Nostra Regia
approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Nos itaque Augustus Rex praedictae Supplicationi Civium Nostrorum Proszowi-
censium benigne annuentes praeinsertas Literas Confirmationis Jurium Oppido Proszowice tam in universali quam in particula-
ri Contuberniique a Serenissimis Praedecessoribus Nostris collatorum, ac Declarationes Generosorum Commissariorum Nostrorum
ut juxta praeallegata Jura et Privilegia Statutas supra de Actu specificatas in omnibus Punctis, Clausulis, et Articulis approban-
das, confirmandas et ratificandas esse duximus, prout approbamus confirmamus et ratificamus praesentibus. Declarantes
eas in quantum Juris est vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. In quorum fidem praesentes Manu Nostra sub-
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die IX Mensis 9bris Anno Dni MDCCLIV Regni vero Nri [illegible] Anno.

Augustus Rex

Confirmatio confirmationis Jurium et Privilegiorum Oppido Proszowice servientium.

Joannes Lipowski Canonicus Cathedr. [illegible] S.R. M.tis Sigilli Regni Secretarius

Iome.

Zmc ad 585 796

Przywiley Nayiaśnieyszego Króla Augusta w wszelkim Warszawie 1754.

Przywiley 1754

15

Przywiley Nayiaśnieyszego Króla Augusta Trzeciego konfirmacyi Praw y Przywileiow y wolności. M. D. cc. L I II. Die [illegible] 9bris

1754

Widziano w Biurze Podprefekta Powiatu [illegible] dnia 15 Września 1815

A A